

2 Ὁν τρόπον καὶ Ἀβερῶς τὸν δυνάμει νοῦν, ὃν ἓνα πᾶσι καὶ ἀθάνατον εἶναι βούλεται, ἀποφαίνεται πάντων τῶν εἰδῶν αἰεὶ πλήρη εἶναι αἰεὶ τε παντέκτην εἶναι, ἀλλ' ἐφ' ὅσον τῷ σώματι ἦνωται, κατὰ διάφορα φαντάσματα διαφόρως νοεῖν, καὶ ποτὲ μὲν νοεῖν, ποτὲ δὲ μὴ νοεῖν. καὶ μὴν οὐδ' Ἀριστοτέλης αὐτὸς πόρρω τῆς περὶ τὴν ἀνάμνησιν δόξης εἶναι δοκεῖ, ὅποτε 5 δὴ καὶ τὰ ἐν τῷ ἐβδόμῳ τῶν Φυσικῶν αὐτῷ εἰρημένα πρὸς ταύτην ἂν τις ἐκλαβεῖν τὴν ἐννοίαν δύναίτο, ὡς δηλονότι παυσαμένων τῶν παθῶν ἐν ἡμῖν καὶ τῶν οὐκ ὀρθῶν διαθέσεων καὶ τῶν βωλυμάτων ἀφαιρεθέντων ἄρχεσθαι τὴν ψυχὴν καὶ φρονεῖν καὶ ἐπίστασθαι. » ἢ γὰρ ἐξ ἀρχῆς, φησί, λῆψις τῆς ἐπιστήμης γένεσις μὲν οὐκ ἔστι. τὸ γὰρ ἡρεμῆσαι καὶ στῆναι τὴν διάνοιαν 10 ἐπίστασθαι καὶ φρονεῖν λέγομεν, εἰς δὲ τὸ ἡρεμεῖν οὐκ ἔστι γένεσις. ὅλως δὲ οὐδεμίαν μεταβολήν, καθάπερ εἴρηται πρότερον. « τί δ' ἀπερισκεπτότερον ἔστιν εἰπεῖν, οὐδ' ἐναντίος φησί τὴν διανοητικὴν ψυχὴν ἄνευ σώματος εἶναι μὴ δύνασθαι, ἢ χωριστὴν εἶναι φησι καὶ αἰδίον ἐπὶ τὸ πέρας; εἰ γὰρ μετὰ τὸν ἀπὸ τοῦ σώματος χωρισμὸν διαμένειν αἰδίως δύναται ἄνευ ὕλης, τῷ 15 αὐτῷ λόγῳ καὶ πρότερον δύναται ἂν ἄνευ ὕλης προὔπάρχειν. εἴτε οὖν τῷ αὐτῷ τρόπῳ προὔπάρχειν τὴν ψυχὴν ὁ Ἀριστοτέλης βούλεται, ᾧ καὶ Πλάτων ὁ καθηγεμῶν αὐτοῦ τίθεται τὰς ψυχὰς ἐξ αἰδίου δημιουργηθείσας προηγῆσασθαι πᾶσαν ἀνθρώπων γένεσιν εἴτε ἓνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι δοξάζει νοῦν, παντὶ κοινὸν ὑπάρχοντα τῷ τῶν ἀνθρώπων εἶδει καὶ ἐκάστου τῶν 10 τοῦ αὐτοῦ εἴδους προηγούμενον τε καὶ προὔπάρχοντα, οὐκ ἄλλως ἂν τις ἐκεῖθεν συλλογίζοιτο, ὅτι ἡ ψυχὴ ἄνευ ὕλης εἶναι οὐ δύναται. οὔτε γάρ, V 159 εἰ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ἔστι πᾶσι νοῦς, ἀνάγκη αὐτὸν μὴ προὔπάρχειν ἄνευ ὕλης οὔτ', εἰ κατὰ δημιουργίαν προηγεῖται, μάχοιτ' ἂν τῷ λόγῳ ἢ τῆς ὕλης στέρησις, εἴπερ ὡς μετὰ τὸν ἀπὸ τοῦ σώματος χωρισμὸν, οὕτω καὶ πρότερον 20 ἄνευ ὕλης ἀπλῶς εἶναι δύναται. ἢ δὲ τοῦ ἀγράφου ἐκείνου γραμματείου ὁμοιότης οὐ πρὸς τὸ ἀπλῶς εἶναι τοῦ νοῦ ἀνενεκτέα, ἀλλὰ πρὸς τὰς σωματικὰς ἐνεργείας, πρὸς ἃς ὁ νοῦς οὕτως ἔχει ὡς γραμματεῖον, ἐν ᾧ οὐδὲν ἔστι γεγραμμένον. οὐδὲν γὰρ ὅλως τῆς φανταστικῆς γνώσεως κέκτηται, ἀλλὰ δυνάμει ἔστι πρὸς τὸ διὰ τῶν φαντασμάτων γινώσκειν, ἢ μᾶλλον, ὅπερ καὶ 30 ἀκροαματικώτερον καὶ οἰκειότερον τῇ Περιπατητικῇ διδασκαλίᾳ ἔστι, πρὸς τὴν τῆς πρώτης ἐπιστήμης διὰ τῆς τοῦ νοῦ καταστάσεως ἐπίτευξιν ὁ τοῦ γραμματείου ἐκεῖνος λόγος ἀναφέρεσθαι δύναται, ἢν καὶ αὐτὴν τῷ τῆς ἀνάμνησεως ὀνόματι Πλάτων ἐκάλεσεν. ὅσον γὰρ κατὰ γε τὸ εἶδος αὐτὸ πλήρης ἔστιν αἰεὶ ἐπιστήμης ὁ νοῦς. οὐδ' ἄλλως Ἀριστοτέλης ἢ Πλάτων περὶ τοῦ- 30 του φρονεῖ, ὃ δὴ καὶ Ἀβερῶς ὁμολογεῖ ὑπομνήματι πέμπτῳ ἐν τῷ τρίτῳ τῶν περὶ Ψυχῆς.

Κεφ. κθ' Ὅτι ψεύδεται ὁ ἐναντίος οἰόμενος τὴν πρόνοιαν κατ' Ἀριστοτέλην μὴ μέχρι τῆς σελήνης μόνον κατιέναι, ἀλλὰ καὶ μέχρι τῶν ὑποκάτω καὶ ὀπωιωνοῦν ἐλαχίστων ἐπιγείων.

29,1 Νῦν δὲ θεωρήσωμεν, τί μετὰ ταῦτα ὁ ἐναντίος φησίν. ἐν οὖν τῷ ἐπτακαιδεκάτῳ καὶ ὀκτωκαιδεκάτῳ αὐτοῦ κεφαλαίῳ περὶ εἰμαρμένης τε καὶ

Quem ad modum et philosophus Arabs Averroes possibilem intellectum, quem unicum omnibus et immortalem tribuit, censet omnium specierum semper plenissimum esse semperque adeptum esse, sed quatenus corpori coniunctus est, per varia phantasmata varie intellegere, quin etiam aliquando quidem intellegere, aliquando vero minime. Nec ipse sane Aristoteles ab huiusmodi opinione reminiscentiae longe abesse videtur, quippe verba illa ex septimo Physicorum ad hunc etiam sensum accommodari possunt, ut scilicet omnibus sedatis passionibus sive affectibus pravis sublatisque impedimentis incipiat anima scire et sapere. »Scientiae primae
 10 acquisitio, inquit, non est generatio. Scire enim et sapere dicimus eo, quod quieverit et constiterit intellectus. Ad quiescendum autem nulla est generatio. Nulla enim mutatio est, ut dictum iam est.« Quid vero inconsideratius dici potest, quam quod adversarius refert, ut anima intellectiva sine materia esse non possit, quam separabilem esse fatetur et perpetuam
 15 parte post? Nam si postea superesse perpetue sine materia potest, pari ratione vel ante praeesistere potest sine materia. Sive igitur praeesistere animam eo modo Aristoteles voluit, quo suus praeceptor statuerat animas ab aeterno creatas praecedere singulas hominum generationes sive unum eundemque intellectum esse putavit, unicum toti speciei humanae, qui
 20 quodvis individuum eiusdem speciei praecederet, non adducenda in argumentum est ratio inde, quod anima sine materia stare non potest. Nam neque, si unus idemque intellectus est, non praeesistit sine materia neque, si per creationem praecedit, repugnet privatio materiae, quando ad suum simpliciter esse ut post, sic ante sine materia stare potest. Tabulae autem
 25 illa similitudo non ad simpliciter esse intellectus referenda est, sed ad corporariam operationem, ad quam intellectus perinde se habet ac tabula, in qua nihil sit scriptum. Nihil enim cognitionis phantasmatariae possidet, sed in potentia est ad cognoscendum dumtaxat per phantasmata ipsa, aut certe, quod ἀκροαματικώτερον et ex penitioris ratione disciplinae
 30 Peripateticae est, ad scientiae primae acquisitionem per quietem et constantiam intellectus illa tabellae ratio referri debet, quam et ipsam recitationis et reminiscentiae nomine Plato significare voluit. Nam respectu quidem speciei ipsius refertus semper scientia est intellectus. Neque aliter Aristoteles quam Plato hac de re sentit, quod et Averroes fatetur com-
 35 mento quinto super tertio libro de Anima.

Cap. XXIX. Quod providentia usque ad inferiora se extendat, non sit Aristotelis opinio.

Sed quid post haec adversarius dixerit, videamus. Facit caput decimum 29, 1 septimum et decimum octavum, quibus de fato et dei providentia agit.

8 παντέκτην V | 10 τὸ Bekker τὸ | 12 οὐδεμιᾶς μεταβολῆς Bekker

9 Arist. Phys. η 247 b, 9—13.

προνοίας τὸν λόγον ποιεῖται καὶ φησι τὴν πρόνοιαν κατ' Ἀριστοτέλη μὴ μέχρι τῆς σελήνης κατιέναι μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ ὑποκάτω καὶ ὁποιαοῦν ἐλάχιστά τε καὶ ἐπίγεια. τοῦτο δὲ δείκνυσιν, ὡς οἴεται, ἐκ τε τοῦ δωδεκάτου τῶν Μετὰ τὰ φυσικά, ὅπου τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν φύσιν τοῦ θεοῦ ἐξηρητῆσθαι λέγεται, καὶ τοῦ δευτέρου τῶν περὶ Γενέσεως καὶ Φθορᾶς, ὅπου ὁ θεὸς πεποιηκέναι συνεχῆ τὴν γένεσιν εἴρηται. »πρόσθετες, φησί, καὶ τὸ V 159^v τὰς ψυχὰς ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐκ τοῦ μηδενὸς ἀμέσως παράγεσθαι καὶ τοῖς σώμασιν ἐμφυσᾶσθαι. ὅπερ ἐπειδὴ μόνος ὁ θεὸς ποιεῖν δύναται ἅτε ὢν ἐνέργεια ἀμιγῆς, ἀλλ' οὐχὶ τῶν δημιουργημάτων οὐδέν, εἴ γε πεπερασμένον ἐστίν, τὸν αὐτὸν καὶ προνοεῖσθαι ἐκάστων καὶ τὸν κόσμον τῆ κείνου διοικεῖσθαι πρόνοια ἀνάγκη λέγειν Ἀριστοτέλη δοξάζειν.« ἀλλὰ τὸν μὲν Ἀριστοτέλη μὴ ταύτης εἶναι τῆς δόξης, ὡς τὸν θεὸν ἀμέσως τῶν γενητῶν καὶ φθαρτῶν ποιεῖσθαι πρόνοιαν, δῆλον ἐκ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐξηγητῶν αὐτοῦ σοφῶν ὄντων διανοίας, οἳ μὴ πορρωτέρω τῆς σεληνικῆς σφαίρας τὴν θείαν πρόνοιαν κατιέναι διέσχυρίζονται. καὶ ἄλλοι γὰρ οὐκ ὀλίγοι τοῦτό φασιν. 15 καὶ Πλούταρχος ἀνὴρ σοφώτατος, ὅστις ἐν τοῖς περὶ τῶν τοῖς Φιλοσόφοις Ἀρεσκόντων· »ὁ Ἀριστοτέλης, φησὶν, οὔτε ἐμψυχον ὅλον δι' ὅλων οὔτε μὴν αἰσθητικὸν οὔτε λογικὸν οὔτε νοερὸν οὔτε πρόνοια διοικούμενον δοξάζει τὸν κόσμον. τὰ μὲν γὰρ οὐράνια τούτων ἀπάντων κοινωνεῖν. σφαίρας γὰρ περιέχειν ἐμψύχους καὶ ζωτικὰς. τὰ δὲ περίγεια μηδενὸς αὐτῶν, τῆς δ' 20 εὐταξίας κατὰ συμβεβηκός, οὐ προηγουμένως μετέχειν.« καὶ Ἀβερόης δὲ ἐν τοῖς εἰς τὸ δωδέκατον τῶν Μετὰ τὰ φυσικά ὑπομνήμασιν· τὸν θεὸν φησὶν οὐδέν τῶν ἐνταῦθα γινομένων νοεῖν ἅτε μηδὲν παρ' ἑαυτὸν νοοῦντα κατὰ τὴν Ἀριστοτέλους δόξαν. εἰ δὲ μὴ νοεῖ τὰ ὑπὸ σελήνην, ἀναγκαίως ἔπεται μηδὲ προνοεῖσθαι αὐτῶν. ἡ γὰρ πρόνοια ἐνέργεια τοῦ νοῦ ἐστὶν ἀπευθύ- 25 νουσα τε καὶ ἄγουσα τὸ πρόνοιας ἀξιούμενον εἰς τὸ οἰκεῖον αὐτῶ τέλος. τοῦτο δ' ἄνευ τῆς αὐτοῦ γνώσεως γενέσθαι οὐ δύναται, ὡς ὁ αὐτὸς ὑπομνηματιστῆς Ἀβερόης ἐν τῷ αὐτῷ δωδεκάτῳ τῶν Μετὰ τὰ φυσικά λέγει. τὰ μέντοι εἶδη τῶν ὄντων γινώσκεσθαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ καὶ ταῦτα τῆς ἐκείνου τυγχάνειν προνοίας διὰ τὴν τῆς ὕλης στέρησιν ὁμολογεῖ. 80

■ Ὁ δὲ καὶ ὁ θεῖος Θωμᾶς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ἀποφάσεων τμήματι V 160 τριακοστῷ ἐνάτῳ φησὶν· »οἱ μὲν, λέγων, πᾶσαν ἠρνήσαντο πρόνοιαν ὡς ὁ Δημόκριτος, οἱ δ' ἐπὶ τοσοῦτον εἶναι πρόνοιαν συγχωροῦσιν, ἐφ' ὅσον κάτεισι μέχρι τῶν εἰδῶν, ἀλλ' οὐχὶ καὶ μέχρι τῶν ἀτόμων, διὰ ταύτην δηλαδὴ τὴν αἰτίαν, ὅτι τὰ τὴν ἰδίαν μὴ φυλάττοντα τάξιν οὐδὲ νόμοις προνοίας ὑπό- 35 κείται. δι' ὃ τὰ τοιαῦτα μὴ διοικεῖσθαι πρόνοια, οἷά ἐστι τὰ μερικὰ καὶ γενητὰ καὶ φθαρτά. αὕτη δὲ ἡ δόξα ἀποδίδεται τῷ Ἀριστοτέλει, εἰ καὶ ἐκ τῶν ἐκείνου λόγων φανερῶς τοῦτο ληφθῆναι οὐ δύναται. ὁ μέντοι ὑπομνηματιστῆς Ἀβερόης διαρρήδην ἀθέμιτον εἶναι φησι τὴν θείαν ἀγαθότητα περὶ τὰ μερικὰ ταῦτα ἀσχολεῖσθαι, εἰ μὴ ἐφ' ὅσον εἰς κοινὴν φύσιν συν- 40 λασιν.« οὕτως οὖν ὁ Θωμᾶς φησὶν, οὕτως ὁ ὑπομνηματιστῆς Ἀβερόης, ὅς τῶν ἄλλων ἐξηγητῶν Ἀριστοτέλους μᾶλλον δοκεῖ τῆς Ἀριστοτέλους συνιέναι διανοίας. ὅθεν φανερῶς φαίνεται κατὰ τὸν Ἀριστοτέλη μὴ κατιέναι τὴν

Dicit providentiam auctore Aristotele non se extendere solum usque ad lunam, sed etiam ad ea, quae inferiora sunt, et ad quaevis minima et terrestria. Quod probat ex duodecimo Metaphysicae, quod ibi caelum et naturam dependere a deo dicitur, atque etiam ex secundo de Generatione, 5 quod ibi deum fecisse continuam generationem dicitur. »Adde, inquit, quod animi a deo producuntur immediate ex nihilo et corporibus infunduntur. Quod quia deus tantum facere potest utpote actus purus et nec creatura illa, quia finita est, eundem etiam providere singulis opinari et mundum eiusdem providentia regi necesse est.« Sed Aristotelem non 10 ea esse opinione, ut providentia dei rebus generabilibus et corruptibilibus consulat, sed opera [im]mediata, constat auctorum Graecorum sententia, qui eam non ulterius quam ad lunam descendere ex Aristotelis iudicio asseverant, tum aliorum, tum Plutarchi viri sapientissimi, qui in libris de Opinionibus Philosophorum: »Aristoteles, inquit, mundum non totum us- 15 quequaque animatum aut rationalem aut intellectualem aut providentia gubernandum statuit, sed caelestia quidem his praedita. Orbes enim, qui contineant, animatos animantesque esse. At inferiora et terrena nihil eiusmodi obtinere nec ordine principaliter, sed per accidens participare.« Averroes etiam commento LI. libri duodecimi Metaphysicae deum nihil ex 20 iis, quae hic fiunt, intellegere utpote nihil extra se ipsum intellegentem ex Aristotelis sententia scribit. Quodsi non haec intellegit, quae a luna inferiora sunt, sequitur necessario, ut his non provideat. Providentia enim actio sive officium intellectus est dirigens rem, cui consulitur, ad finem commodum. Quod nisi cum cognitione rei ipsius effici minime potest, 25 ut idem etiam commentator Averroes super eodem Aristotelis libro species tantum cognosci easdemque solum procurari a deo propter materiae privationem fatetur.

Quin etiam divus Thomas super primo Sententiarum, distinctione trigesima nona: »Alii, inquit, nullam providentiam esse statuerunt ut 80 Democritus, alii eatenus providentiam esse voluerunt, quatenus se extenderet ad species neque ad individua descenderet, videlicet ea de causa, quia, quod suum egreditur cursum, id legibus non subiicitur providentiae. Itaque ea, quae saepe a cursu ordinato deficiunt, non providentia gubernantur, qualis particularis generabilium et corruptibilium rerum conditio 85 est. Quae quidem opinio tribuitur Aristoteli, quamquam ex eius verbis manifeste id accipi non potest. Commentator tamen Averroes negat expresse fas esse bonitatem divinam sollicitari rebus particularibus, nisi quoad in naturae communis ratione conveniunt.« Sic divus Thomas et commentator Averroes, qui summus Aristotelicae scholae consecrator 40 habitus est. Unde latissime iam patet providentiam dei non ad haec

6 cf. Georg. Trap. Comparationes II. 17. | 17 Plut. De Plac. Phil. II. 3. p. 887 e. | 22 cf. Averr. In Arist. Metaph. XII. c. 51. | 82 Thom. Aq. In Sent. Petr. Lomb. I. dist. 39. quaest. 2 art. 2.

θείαν πρόνοιαν μέχρι τῶν ἐσχάτων τούτων. τίνας δ' ἔνεκα καὶ ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ φιλοσόφου ἐν τῷ περὶ Ἑρμηνείας οὕτω μακρῷ λόγῳ δέδεικται ἐν τοῖς ἐνδεχομένοις μὴ εἶναι ὠρισμένην ἀλήθειαν, εἰ ἢ τοῦ θεοῦ γνῶσις μέχρι τῶν ἐσχάτων ἐκτείνοντο κατ' αὐτόν; οὕτω γὰρ τῇ τοῦ θεοῦ γνώσει τε καὶ προειδήσει ὠρίζετ' ἂν θάτερον μέρος τῆς ἀντιφάσεως. οὔτε δὲ βουλευέσθαι 5 οὔτε πράττειν ὀτιοῦν ἔδει, ἴν' οὕτως ἢ μὴ οὕτως ἀποβαίνοι τὰ πράγματα.

3 Δείκνυται δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ φιλοσόφου ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν Μετὰ τὰ φυσικὰ εἶναι τι ὄν κατὰ συμβεβηκός, ὅπερ οὐκ ἀεὶ οὐδ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γίνεται, ἀλλ' ὡς ἐπ' ἔλαττον. τοῦ τοιοῦτου τε ὄντος γνῶσιν μὴ εἶναι μηδὲ αἰτίαν καθ' αὐτό, ἀλλὰ τύχην καὶ τὸ αὐτόματον, ἃ γε εἰς οὐδεμίαν ἄλλην 10 αἰτίαν ἀνάγονται. ἀλλὰ μὴν εἰ γε ἡ θεία πρόνοια μέχρι τῶν ἐνταῦθα κατήρχετο, ἢ τυχηρὰ ἐκείνη καὶ αὐτόματος αἰτία ἀνήγετ' ἂν εἰς ἄλλην αἰτίαν καθ' αὐτήν, τὴν θείαν δηλαδὴ πρόνοιαν, καὶ οὕτω πάντα ἐξ ἀνάγκης ἂν ἐγένετο καὶ οὐδὲν ἂν ἦν κατὰ συμβεβηκός ὄν. ὃ τῇ Ἀριστοτέλους V 160^v μάχεται δόξῃ, οὐ νομιστέον οὖν τὸν Ἀριστοτέλη δοξάσαι τὸν θεὸν προ- 15 νοεῖσθαι τῶν ἐνδεχομένων τούτων καὶ μερικῶν, ἐν οἷς οὐδὲν ἐστὶ βέβαιον. τὴν δ' εἰμαρμένην μὴ ἀναφέρεσθαι πρὸς Ἀριστοτέλην οὐ ψεύδεσθαι τὸν ἐναντίον φαίην ἂν, εἰ τοῦτ' εἶναι εἰμαρμένην λέγοι τὸ τῇ οὐρανίᾳ κινήσει ὡς αἰτία καθ' αὐτήν ἀποδιδόμενον. ἐντεῦθεν γὰρ καὶ οἱ τιθέμενοι πρόνοιαν ἀρνοῦνται τι ἀπὸ τύχης καὶ τοῦ αὐτομάτου οἷόν τε γίνεσθαι. δι' ὃ 20 καὶ Θωμᾶς ὁ ἱερὸς ἐξηγούμενος τὰ προειρημένα τοῦ Ἀριστοτέλους ῥήματα· »διὰ τοῦτο, φησί, κατὰ τὴν καθολικὴν πίστιν λέγομεν μηδὲν ἀπὸ ταῦτομάτου καὶ τύχης γίνεσθαι, ἀλλὰ πάντα τῇ θείᾳ ὑποκειῖσθαι προνοίᾳ.« καὶ τὸν Ἀριστοτέλην ἐνταῦθα ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐρμηνεύει λέγων ἐκεῖνον περὶ τῶν ἐνδεχομένων τούτων κατὰ τὴν πρὸς τὰ μερικὰ αἰτία τάξιν ταῦτ' εἰρη- 25 κέναι, οὐκέτι τὴν πρὸς τὸ καθ' ὅλου αἰτίον τάξιν, ὅπερ ἡ θεία ἐστὶ πρόνοια, ἢ γε καὶ τὰς τῶν πραγμάτων ἀποβάσεις τῇ μὲν ἀναγκαίως, τῇ δ' ἐνδεχομένως ἀποβαίνειν ὠρίσατο, εἰ καὶ τὰ ἀποβαίνοντα τοῖς ἐγγύθεν ἑαυτῶν αἰτίοις, οὐ τοῖς πόρρω ἀφομοιοῖντο, πρὸς ἃ διὰ τὴν ἑαυτῶν ἀσθένειαν ἐφικνεῖσθαι οὐ δύνανται. ἀλλὰ ταῦτα, ὡς εἴρηται, ἐπὶ τὸ βέλτιον λέγονται. 80 τὰ γὰρ Ἀριστοτέλους ἐπιχειρήματα ἔτι ἄλυτα μένει. εἰ γὰρ τὸ ἐνδεχόμενον αἰτίον ἀνάγοιτο εἰς τὸ καθ' αὐτὸ αἰτίον, ἀποβαίνοι ἂν ἀναγκαίως τὸ ἀποτέλεσμα καὶ οὕτως οὐδὲν ἂν εἴη κατὰ συμβεβηκός. τὸ γὰρ δεύτερον αἰτίον οὕτω κινεῖται, ὡς τὸ πρῶτον κινεῖ, καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ τελευταίου κινούμενον πολλῷ μᾶλλον ὑπὸ τοῦ πρώτου κινεῖται, ὡς ἐν τῷ ὀγδόῳ τῶν Φυσικῶν 85 λέγεται. ἄμφω γὰρ δὴ κινεῖν φαμεν τὸ τελευταῖον καὶ τὸ πρῶτον τῶν κινούντων, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ πρῶτον. ἐκείνῳ γὰρ κινεῖται τὸ τελευταῖον, ἀλλ' οὐ τούτῳ τὸ πρῶτον. οὔτε μὴν κατὰ γνώμην Ἀριστοτέλους οἷόν τε συγχωρεῖσθαι ἀμέσως τι καὶ ἐνδεχομένως ὑπ' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ τάττεσθαι.

4 Καὶ πρὸς τὰ ἐπιχειρήματα δὲ τοῦ ἐναντίου ῥαδίᾳ ἐστὶν ἡ ἀπάντησις. 40 ὃ γὰρ συχνότερον ἐπανακυκλεῖ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν φύσιν ἠρτῆσθαι ἐκ τοῦ θεοῦ, οὐ τὸν τῆς προνοίας λόγον σημαίνει, ὡς τὰ ἐνδεχομένως γινόμενα γενητά τε καὶ φθαρτά ὄντα καὶ τυχηρὰ ἀνάγεσθαι, ἧ τοιαῦτά ἐστιν, εἰς

inferiora descendere sententia Aristotelis. Quid vero tam prolixè ab eo ipso philosopho ostenditur in libro *περὶ Ἐρμηνείας* verum non esse determinatum in futuris contingentibus rebus, si cognitio dei se ipsam ad haec usque inferiora porrigat? Sic enim cognitione ipsa et praescientia dei 5 determinetur altera pars contradictionis, nec consultare aut agere quicquam oporteat, ut vel ita eveniat vel ne ita eveniat.

Probatur etiam ab eodem philosopho sexto Metaphysicae esse aliquod 3 ens per accidens, quod non semper aut magna ex parte fiat, sed raro. Ac eiusmodi entis non esse scientiam neque causam ullam per se, sed 10 casualem sive fortuitam, quae ad nullam aliam causam reducatur. At si providentia dei ad haec usque perveniat, causa illa fortuita et casualis reduci profecto ad causam per se, hoc est providentiam ipsam potuerit, atque ita omnia fient ex necessitate nullumque ens per accidens fuerit. Quod Aristotelis sententiae adversatur. Non ergo ita putandum, ut Ari- 15 stoteles senserit provideri a deo rebus his contingentibus et particularibus, in quibus nihil certi est. Fatum autem non referri ad Aristotelem auctorem non mentiri adversarium dixerim, si id esse fatum intellegit, quod motui caelesti et causae per se tribuatur. Hinc enim et, qui providentiam statuunt, negant ullam rem casu et fortuito posse fieri. Quapropter divus Thomas 20 in exponendo eo praedicto loco: »Idcirco, inquit, ex fide catholica dicimus nihil temere aut fortuito, sed cuncta providentiae subdita esse divinae.« Aristotelem etiam eodem in loco benigne interpretatur afferens illum de rebus his contingentibus ordine ad causas particulares dixisse, non ordine ad causam universalem, quae divina providentia est, quae 25 rerum effectus partim necessario, partim contingenter provenire statuerit, quamquam ipsi effectus suis assimilentur causis proximis, non remotis, quas pro sua imbecilli natura attingere nequeant. Sed haec, ut modo dixi, benignius referuntur. Nam argumenta adhuc Aristotelis manent insoluta, quoniam, si causa contingens reducatur ad causam per se, provenerit 80 necessario effectus atque ita nihil per accidens sit. Ita enim secunda causa movet, ut a prima movetur, et prima plus influit in effectum quam secunda, ut ex octavo de Natura libro constat. Nec vero concedi ex doctrina Aristotelis potest aliquid immediate contingenter a deo ipso ordinari.

86 Ad argumenta quoque adversarii facilis responsio est. Quod enim 4 saepenumero repetit caelum et naturam dependere ex deo, non id providentiae ratione significat, ut, quae contingenter proveniunt et generabilia, corruptibilia, fortuita sunt, reducantur, qua talia sunt, ad causam primam, sed

32 octavo correxi sec. Graec. auctore edit.

22 Thom. Aq. In Arist. Metaph. VI. lectio 3.

Mohler, Kardinal Bessarion. II.

V 161 τὴν πρώτην αἰτίαν, ἀλλὰ τὴν πρώτην αἰτιατικότητα καὶ συντήρησιν ἐκάστων δηλοῖ. πάντα γὰρ ἐκ τῆς πρώτης αἰτίας ἔχει τὸ εἶναι καὶ διὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ εἶναι ἀεὶ ἐκεῖθεν διατηροῦνται. εἰ δὲ τοῦ ἐνδεχομένου εἴτε λόγος εἴτε μόνιον ἐν τῇ φύσει περιέχεται, τῷ ὄντι ὡσπερ αὐτὴ ἡ φύσις τοῦ θεοῦ ἐξήρητημένη καὶ ἔστι καὶ συντηρεῖται, οὕτω καὶ αὐτὸς ὁ τοῦ ἐνδεχομένου ὁ λόγος ἐκεῖθεν ἔστι τε καὶ συντηρεῖται. οὐχὶ οὖν τὸ ἐνδεχόμενον καὶ φθαρτὸν ἀνάγειν δεῖ εἰς ἀναγκαίαν αἰτίαν, ἀλλ' ἦτοι εἰς τυχηράν, ἥτις καθ' αὐτὴν οὐκ ἀνάγεται πρὸς ἄλλην ὑπερκειμένην, ἢ πρὸς τὸ τῆς ὕλης αἰσχροῦν, ὃ καὶ τοῦ ἐνδεχομένου καὶ τοῦ αὐτομάτου ἔστιν αἰτιον. ἢ ὡς Ἀβερρόη κατὰ τὸν Ἀριστοτέλη δοκεῖ, ἐξήρηται τοῦ θεοῦ πάντα κατὰ γε τὰ εἶδη, 10 οὐ κατὰ γε τὰ ἄτομα.

Καὶ πρὸς τὸ δευτέρον δὲ τῶν ἐπιχειρημάτων τῷ αὐτῷ λόγῳ ἀποκρινόμεθα. εἰ γὰρ καὶ ὁ θεὸς διὰ τοῦτο προνοεῖται, δι' ὅτι συνεχῆ τὴν γένεσιν ἐποίησεν, οὐ δείκνυται ὁμοίως διὰ τοῦτο τὴν πρόνοιαν ἐπέκεινα τοῦ εἰδικοῦ εἶναι καὶ ἀναγκαίου ἐκτείνεσθαι. διὰ τοῦτο γὰρ γέγονε συνεχῆς ἡ γένεσις, ἵνα συντηρηθῆι τὸ εἶδος. εἰς γὰρ τὴν τοῦ εἶδους συντήρησιν ὁ θεὸς ἀφορᾷ μόνιμόν τε καὶ αἰδιον οὔσαν, ἀλλ' οὐκ εἰς τὴν τοῦ ἀτόμου, ὅπερ μεταβάλλει καὶ φθείρεται ἅτε δὴ μὴ τῷ λόγῳ τοῦ ἀτομικοῦ ἑαυτοῦ εἶναι, ἀλλὰ τῷ τοῦ εἰδικοῦ τάξεως μετέχον. ὁ δὲ περὶ τῆς δημιουργίας τῆς ψυχῆς ὁ ἐναντίος φησὶν, ἐν τῷ ἰδίῳ τόπῳ ἱκανῶς ἔτυχεν λύσεως. καὶ ὁ δὲ νῦν προστίθῃσιν, οὐδὲν οὐδὲ ταῦτα ἰσχύουσιν ἐξ ἐκείνων τῶν λόγων ὁρμώμενα, ἅπερ ἤδη ἐξήλεγκται. ἀλλὰ γὰρ πλείω περὶ προνοίας καὶ εἰμαρμένης καὶ τοῦ αὐτεξουσίου ἐν τῷ πρὸ τούτου βιβλίῳ εἰρήκαμεν. δι' ὃ νῦν τοῖς ὀλίγοις τούτοις ἀρκούμενος οὔτε τὰ ἐκ τῆς Ἀριστοτέλους καὶ τῶν ἄλλων φιλοσόφων δόξης πλείω ἐνταῦθα οὔτε τὰ τῶν ἱερῶν λογίων ἡμῶν δόγματα ἐπαναλαμβάνω, ἃ γε πόρρω τῆς Ἀριστοτέλους εἰσὶ διανοίας. πάντα γὰρ τῷ τῆς θείας προνοίας ὑποκειῖσθαι νόμῳ αἱ ἱεραὶ βίβλοι καὶ ἡ ἀληθῆς ἡμῶν θρησκεία δοξάζει τε καὶ ἐγκρίνασα παραδίδωσιν. ἡ σοφία γὰρ, φησὶν, »διατείνει ἀπὸ πέρατος εἰς πέρας εὐρώστως καὶ διοικεῖ τὰ πάντα χρηστῶς«. 80

Κεφ. λ' "Ὅτι ψεύδεται ὁ ἐναντίος τὸν Πλάτωνα λέγων μηδαμῶς τίθεσθαι πρόνοιαν, ἀλλὰ πάντα γίνεσθαι κατὰ τὴν τῶν ἄστρον ἀνάγκην δοξάζειν.

30 Ὅ γε μὴν ἐναντίος μάτην προστίθῃσιν οὐδεμίαν ὑπὸ Πλάτωνος εἰσα-
V 161^ν γεσθαι πρόνοιαν, ἀλλὰ πάντα εἰμαρμένην τε καὶ ἀνάγκη τῇ ἐκ τῆς τῶν ἄστρον κινήσεως ὑποκειῖσθαι δοξάζειν αὐτόν. ἐπεὶ δὲ ἡμεῖς, τί Πλάτων 85 περὶ προνοίας φρονεῖ, ἱκανῶς ἐν τῷ πρὸ τούτου βιβλίῳ ἐξεθέμεθα, οὐδὲν ἐνταῦθα πλέον ἐροῦμεν, ἢ ὅτι ἀποπλανᾶται ὁ ἐναντίος ἀγνοῶν, τί μὲν ἀπλῶς, τί δ' ἐξ ὑποθέσεως ἔστιν ἀναγκαῖον, καὶ τίς μὲν ὑποθετική, τίς δ' ἀπολελυμένη ἔστιν ἀνάγκη. εἰ γὰρ καὶ ὁ Πλάτων προγινώσκων τὸν θεὸν πάντα φρονεῖ, οὐ διὰ τοῦτο ἐξ ἀνάγκης πάντα γίνεσθαι ἔπεται. ἢ γὰρ τοῦ θεοῦ πρόγνωσις οὐκ ἐπιφέρει τοῖς ἐνδεχομένοις καὶ μέλλουσιν ἀνάγκην, 40

causationem primam rei cuiusque et conservationem refert. Cuncta enim ex prima causa trahunt sibi esse et, quod sunt in eodem, semper inde servantur. Quodsi contingentis sive ratio sive portio in natura continetur, prorsus ut natura ipsa ex deo dependens et est et servatur, sic et ipsa
 5 contingentiae ratio inde <et> [est, quod] est et servatur. Non ergo contingens et corruptibile ut tale referendum ad causam necessariam est, sed aut ad fortuitam, quae non reducatur per se ad superiorem, aut ad pravam materiae conditionem, quae causa contingentiae temeritatisque est. Vel, ut Averroj placet ex Aristotelis sententia, dependent a deo omnia quantum
 10 ad species, non quantum ad individua.

Ad secundum etiam argumentum eadem ratione respondemus. Nam
 etsi deus propterea providet, quod continuam fecerit generationem, non tamen ideo constat providentiam longius se porrigere quam ad esse specificum et necessarium. Ideo enim facta est generatio continua, ut
 15 species servaretur. Deus namque speciem conservandam spectat, quae stabilis et perpetua est, non individuum, quod mutatur et perit, utpote quod non ratione sui esse individualis, sed specifici participet ordine. Quod autem de creatione animae adversarius dicit, satis iam responsionem suo loco recepit, et quae subnectit, labuntur de facili, cum eo fundentur,
 20 quod iam confutatum est. Plura de providentia, fato et libero arbitrio superiore libro exposui. Quare paucis hunc locum praetereo et cum non plura ex Aristotelis ac ceterorum philosophorum opinione hic, tum ne nostrarum quidem litterarum sacrarum placita repeto, quae longe a sententia dissentiunt Aristotelis. Cuncta enim legi divinae providentiae sub-
 25 iecta esse vera religio probat. Sapientia, inquit, »attingit a fine ad finem et res hominum disponit suaviter.«

Cap. XXX. Falso calumniatur Platonem adversarius de providentia et necessitate.

Adiicit adversarius falso nullam a Platone statui divinitus providentiam
 30 et omnia fieri ex necessitate, quae a stellis dependet. Sed nos quoniam, quid de providentia Plato senserit, satis libro superiore exposuimus, non hic plus respondemus, quam ut, quid simpliciter, quid ex suppositione sit necessarium, quae conditionalis necessitas, quae absoluta sit, adversarium ignorare dictum velim. Nam si Plato praesciri cuncta a deo putaverit,
 35 non ideo necessario fieri omnia sequitur. Non enim ipsa praescientia dei affert rerum contingentium futurarum necessitatem, nisi respectu causae

6 <et> [est, quod] *sec. Graec. corrigendum*

πλὴν εἰ μὴ τῇ πρὸς τὴν πρώτην αἰτίαν παραθέσει, ἥτις δὴ ἀνάγκη τῆς ἀκολουθίας, οὐ τοῦ ἐπομένου ἐστὶ, καὶ ὑποθετική, οὐχ ἀπλή, ὡς καὶ τοῖς ἡμετέροις ἱεροῖς διδασκάλοις ἀρέσκει. ἢ αὐτὴ τοίνυν ὑπὲρ Πλάτωνος ἀπόκρισις δοθήσεται, ἢ καὶ ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων διδασκάλων πρὸς τοὺς οἰομένους τὴν θείαν πρόνοιαν ἀφαιρεῖν ἐκ τῶν ὄντων τὸ ἐνδεχόμενον καὶ τὸ ἀυτεξούσιον.

Κεφ. λα' "Ὅτι ἀσεβῶς εἴρηται ὑπὸ τοῦ ἐναντίου μὴ διὰ τοῦτο εἶναι τὰ μέλλοντα, ὅτι ὁ θεὸς αὐτὰ προῆδει, ἀλλὰ διὰ τὸ εἶναι μέλλοντα προειδέναι αὐτὰ τὸν θεόν.

31 Ἐπὶ τούτοις ἀπασὶ τελευτῶν ὁ ἐναντίος τὸν κολοφῶνα τῆς ἑαυτοῦ ἀσεβείας ἐπιφέρει, ἐναντίως ἢ ὡς πάντες οἱ ἡμέτεροι διδάσκαλοι τε καὶ θεολόγοι εἰσάγουσι, μὴ διὰ τοῦτο εἶναι τὰ μέλλοντα, ὅτι ὁ θεὸς αὐτὰ προῆδει, ἀλλὰ διὰ τὸ εἶναι μέλλοντα προειδέναι αὐτὰ τὸν θεόν. ἀλλ' ὁ ἱερὸς Λύγουστῖνος ἐν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ τῶν περὶ Τριάδος· »τὰ διάφορα, φησί, δημιουργήματα νοητὰ τε καὶ σωματικά, οὐ δι' ὅτι εἰσὶν, ἐγνώ αὐτὰ ὁ θεός, ἀλλὰ δι' ὅτι ἐγνώ αὐτὰ ὁ θεός, διὰ τοῦτο εἰσί.« καὶ οἱ λοιποὶ δὲ ἅγιοι ταῦτο τοῦτο διδάσκουσιν ἡμᾶς. καὶ ὁ τῶν Ἀποφάσεων διδάσκαλος ἐν τῷ πρώτῳ· »φαμέν, φησὶν, οὔτε τὰ μέλλοντα οὐδαμῶς εἶναι αἰτίαν τῆς προγνώσεως ἢ γνώσεως τοῦ θεοῦ οὔτε διὰ τοῦτο προγινώσκεσθαι ἢ γινώσκεσθαι, δι' ὅτι εἰσὶ μέλλοντα. καὶ ὁ λόγος γὰρ τοῦτο ἀπαιτεῖ, ἵνα μὴ **20** V 162 τὴν χρονικῶν αἰτίων ἢ τοῦ αἰδίου μηδ' ἢ τοῦ θεοῦ γνώσις γίνηται ὑπ' αἰτίαν.« ἐπεὶ γὰρ ἡ πρόνοια καὶ ἡ πρόγνωσις ἡ θεία αἰδίου ἐστὶ, τὰ δὲ μέλλοντά εἰσι χρονικά, ἔποιτο ἂν τὰ χρονικά εἶναι αἰτία τοῦ αἰδίου καὶ τὴν θείαν γνώσιν οὐκ ἄλλως ἢ τὴν ἡμετέραν τὰ μέλλοντα ἔχειν ἑαυτῆς αἰτία. καὶ ἄλλα δὲ πλείω ἄτοπα ἔποιτο ἂν. διὰ τοῦτο τοίνυν ἐστὶ μέλλον, **25** δι' ὅτι προῆδει αὐτὸ ὁ θεός, οὐ τὸ ἀνάπαλιν. ἀλλ' ὡς οἶομαι ἱκανῶς ἤδη πρὸς τὰς τοῦ ἐναντίου φλυαρίας ἀπεκρινάμην, αἷς αὐτὸς μάλιστα θαρρήσας εἰς ἀγῶνα τοιοῦτον καθεῖκεν ἑαυτόν. καὶ εἴ τι περὶ τῶν τοιούτων ἔχοι κρίνειν ὀρθῶς, οὐδὲν ἤττον, ὡς οἶμαι, ἀνιάσεται τοσοῦτον ἡττηθεὶς, ἢ ἡσθη πρότερον ὑπ' ἀγνοίας, ἢ νῖκα τοιαῦτα ὄπλα, ἵνα μὴ λέγω ἀθέρικας ἀσθενεῖς, **30** κατὰ τοῦ Πλάτωνος εἴληφεν. ἅ τε γὰρ Ἀριστοτέλει ἀποδίδωσι δόγματα, δέδεικται μὴ οἶά τε ἀναφέρεσθαι εἰς ἐκεῖνον, ἅ τε κατὰ Πλάτωνος εἴρηκεν, ἢ τὰ αὐτὰ εἶναι, ἃ καὶ Ἀριστοτέλης φρονεῖ, ἢ ψευδῶς καὶ ἀμαθῶς καὶ κακούργως εἰρησθαι φανερόν ἤδη γέγονεν ἅπασιν.

primae, quae necessitas consequentiae est, non consequentis, et conditionalis, non absoluta, ut et nostris sanctis auctoribus placet. Quare eadem pro Platone responsio reddi potest, quae pro nostris theologis in eos, qui contingentiae rationem et liberum arbitrium tolli ex dei providentia arbitrantur.

6 Cap. XXXI. Impie dici ab adversario res non ideo esse futuras, quia deus praevidit, sed ideo deum praevidere, quia futurae sint.

Postremum velut apicem suae impietatis apposuit adversarius contra **31** omnium sanctorum sententiam res non ideo esse futuras, quia deus praevidit, sed ideo deum praevidere, quia res sunt futurae. Divus vero Augustinus in decimo quinto de Trinitate: »Diversas, inquit, creaturas et
10 spirituales et corporales, non quia sunt, ideo novit deus, sed ideo sunt, quia novit.« Reliqui etiam sancti hoc idem docuerunt. Et auctor quoque Sententiarum in primo: »Dicimus, inquit, res futuras nullatenus esse causam
15 praescientiae vel scientiae dei nec ideo praesciri vel sciri, quia futurae sunt. Quin etiam res ita exigit, ne temporale sit causa aeterni et scientia dei causetur.« Cum enim providentia et praescientia dei aeterna sit, futura autem sint temporalia, sequitur porro, ut temporale sit causa aeterni et scientia dei non aliter quam nostra a rebus ipsis causetur. Et permulta alia deduci possent absurda. Res igitur ideo futura est, quia deus praevidit,
20 non e contrario. Sed iam satis me respondisse arbitror vel ad eas ineptias, quibus ipse adversarius plurimum confidens certamen aggressus est. In quo si recte iudicabit, profecto non minus prostratum se esse dolebit, quam laetatus pro sua imperitia est, cum haec arma ne dicam festucas fragiles in Platonem sumere voluit. Nam et ea, quae Aristoteli tribuit, non iure
25 ad illum referri posse, et quae Platoni obiicit, aut eadem, quae vel Aristoteles senserit, esse aut falso, perverse et imperite adduci explicatum iam est.

24 τὴν ἡμετέραν *scripsi* ἡμέτερα V

14 Aug. De Trinit. XV. 13. (*Migne P. lat. 42, 1076.*) | 18 Petr. Lomb. Sentent. 1. dist. 38. quaest. 1.